

continebat, In purificatione beate Marie virginis, in cuius honorem dicta basilica, sicut dicitur, est fundata, ac in festo natiuitatis beati Johannis baptiste non modica confluat populi multitudo, Cupientes igitur, vt christi fideles deuocionis gracia illam adeuntes, celestis dono graciae gratulentur, de omnipotentis dei misericordia, et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate, sanctorumque martirum Laurencii et Erii meritis confisi, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in premissis sollempnitatibus orandi, offerendi, seu alterius cuiuslibet deuocionis gracia visitauerint, quadraginta dierum indulgencias de iniunctis sibi penitencijs annis singulis, misericorditer in domino relaxamus, Datum sub sigillo nostro, apud manerium nostrum Arnø Anno domini. Millesimo, trecentesimo, quadragesimo, quinto, Sabbato infra octauas natiuitatis beate virginis.

Ärkebiskopens sigill skadadt i kanterna.

3993.

1345 d. 14 Sept.

Medianäs.

ERINGISLE PETERSSON förklarar att hans svåger Nils Udsson gjort nöjaktig reda och räkning för allt, både löst och fast, han haft omhänder, och tackar för kärt umgänge.

L. Sparres saml. afskr. i Sv. Riks Arch. Sign. J. 6, fol. 34. v.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Ego Eringislo Pætharsson, salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare volo vniuersis euidenter, tam posteris quam modernis, quod computacionem de omnibus, que inter virum dilectum [o: discretum], et generum dilectum Nicolaum Udsson, et me ---- inter [o: vertebantur] computacionem plenam receperam, quocunque nomine censeantur, siue pro mobilibus siue de immobilibus. Ita quod mihi satisfactum est, et gratum abeo [o: ab eo], et sibi pro graciosa conuersacione gratos [o: grates] refero multiformes se dmidem (?), et [o: vt] supra dictum de omnibus superius memoratis dimitto liberum et quittatum, quia viri discreti ---- presentibus fuerint [o: qui presentes fuerunt?] contentabantur in computacione predicta, videlicet Benedictus Puka, Petrus Asmundason, dominus Thirchillus de asydum, et dominus Botolphus de Hælgerultæ, et Petrus Eringislonis, et Ragualdus hærringislonis. ad maiorem euidentiam sigilla peto discretorum virorum Benedicti Puka, Petri Jordason, et Røryci Twrason, Petri Asmundason, Petri Eringislonis, et Ragualdi Eringislonis, cum sigillo meo hic apponi, Scriptum et actum in curia mea Medianæs, in [die] Exaltacionis sancte crucis Anno domini M. CCC. XL. quinto.

Enligt ritningen hafva de sex första sigillen varit borta; blott No 7, Ragvald Eringislesons (båt) är tecknad.